



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindellicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Bauaria & Charinthia, & earum Priscis Legibus moribusq[ue] quibus
hodie viuunt. Cap. XVIII

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiu ritibus.

Emporium Emporium franconafordense: vbi q ingens vectigal Sueticæ nationi accedit. Præterea quoniam bonis mala commixta semper sunt: & nulla ex omni parte erecta: sunt Sueui in vnerem supramodū proni: scemineus sexus virili ad malum facile consentiens; immatūre vterq; præuaricatur: sero resipiscit: Ego huic vitio maxime suffragari existimo q : quemadmodum in alijs Germaniæ provincijs, ecclesiastica censura, publici illi fornicarij, adulteri, raptores minus insectentur. Prouerbiū ortum, vnam Sueuiam latæ Germaniæ satis meretricum transfundere: quemadmodū franconiam copiam dare raptorum & mendicantiū, Boemiam Hæreticorū, Baiaoriā furum, Heluetiā carnificum, & lenonū, Saxoniam potatorū, Frisiā atq; Vuestualiam peritorum, Rhenum gulonum.

De Bauaria & Charinthia, & earum Priscis Legibus moribusq; quibus hodie viuunt, Cap. XVII

Noricum Bauariæ limites
Lucius & Rupertus Bauarorū apfi.
Bauariæ laus ab vrbibus.
Saltzburga olim Iuuania
Cacannus Bauarorū rex
Mores Bauarorū ex legibus cognoscunt.
De ecclesiæ donationibus.
Ecclesiæ libertas.

BAuaria Germaniæ provincia ab Auaribus Hunorum reliquijs: qui Noricis expulsis in ea terra confedere adiecta B littera appellatur. Baiaoria etiam a Boijs Cisalpinæ Galliæ populis hic loci aliquando moratis dicitur, Noricum olim fuit, Hungariam ab Oriente habet, ab occidente Sueuiam, a meridie Italiam. A septentrione Franconiam atq; Boemiam, danubio insigni fluuio ex Sueuia profuente irrigatur, Austriam, Stiriam & Charinthiam in se cōprehendit: q idem fere homines: isdem moribus & lingua vtantur. Noricis præterea finibus quondā contenti erant, Beatus Lucius Britannia rex primū, deinde sanctus Rupertus, vltimo Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Christianā pietatem edocuit. In quattuor Episcopatus Bauaria diuiditur. Saltzburgen, Padauien. Phrisingen. Rhatisponen. Nulla Germaniæ puincia pluribus cultioribus vrbibus illustratur, Saltzburga: quæ Iuuania fuisse creditur Metropolis est, Monachiū ducalis sedes hodie, olim Schiren fuit, Hæc terra priusq; in provinciam redigeretur a proprio rege ad Arnolphi imperatoris vsq; tempora administrata est: eum vt parthia suam Arsacem & Egyptus Ptholomeum ipsa, Cacannum nominauit, deinde duces habere cœpit: hodieq; tenet. Qui ex vna illustri Agilolfingorum familia diu elegebantur omnes. Gentis mores viuendiq; instituta ex legibus: quas orthodoxa fide recens suscepta habuere cognosci possunt: tales fuere: vt liberæ conditionis homo Chirographo & sex testibus: quorum nomina. & Manus suas imponat confirmet: si villas terrā, Mancipia, Pecuniā aut qd aliud ecclesiæ donauerit. Schedam p̄sente sacerdote altari supponat. Nec ipsi nec posteris illius potestas eius rei sit vltorius, nisi ecclesia pmittat. Apud Episcopū defendat q̄qd ecclesiæ dei datū fuerit. dei iudiciū & sanctę ecclesię offensā incurrat restituereq; cogat aut a rege aut principe q̄cūq; ecclesiæ, aut eius testibus iniurius fuerit vn cias auri tres p multa psoluat. Negās ante altare populo sacerdoteq; p̄sentib; scdm pecunię sūmā iuret. Qui seruū ancillāq; ad fugiendū psuaserit: reuertet: & aliū interea pignoris loco sistat: solidis xv cōponat.

Seruo occulte ecclesie res concrementi manus amputetur ac oculi eruantur, ne tale quid de cetero perpetrare videat: dominus vero eius restituat, quicquid incendio consumptum fuerit. Liber homo ex integro omnia restauret & ob temeritatem solidis. lx. componat: negans. xxiii. sacramentalibus nominatis ante altare coram ecclesie defensore digitis super euangelij librum positus iuret. Reo ad ecclesiam confugiendi securitas esto, nec domino phas, seruum inde abstrahere, aut quouis modo laedere: qui contra fecerit iudice cogente componat ecclesie. xl. solidis. Qui in minoribus ordinibus constituto noxius fuerit dupliciter componat, quo parentes componuntur. In maioribus constituto tripliciter. Presbyterum si quis autem occiderit. CCC. auro appreciatis solidis. Diaconum. CC. ecclesie in qua ministrare exoluat: & si pecuniam habuerint nullam, seipsum, uxorem, liberos seruitio eiusque mancipabit, donec statuta pecunia redimat. In episcopum sauiat nemo, etiam si cui molestus fuerit, sed coram Rege, duce, aut plebe conueniatur, super homicidio, fornicatione consensuque hostili, si inimicos provincie introduserit, si perdere, quos saluare debuerat, voluerit, deponatur aut in exilium relegatur. Qui sancti monialem ex monasterio abductam contra ecclesiasticam legem sibi matrimonio coniunxerit restituat. Episcopus ducis auxilio eam velit nolit monasterio rursus intrudat. Ipsum vero aut se emendare compellant aut provincia eiiciant. Presbyteris & diaconibus extraneam apud se in domo mulierem habere non liceat, Ne consuetudine deceptus poluatur: indigne deo offerens populus ob id plagam sustineat. Sacerdotum ac aliorum clericorum causa ab episcopis solum secundum canones iudicentur. Coloni & serui ecclesie secundum quod quisque habet, tributa decimasque persoluant, de modis decem unam, de partibus decem unam, de decem falcibus unum, de decem apum vasis unum, pulli quatuor, oua. xv. tribuant. Angarias quinquaginta ad usque leucas Carro faciant, vltimus nominetur, parafridos donent vel vadant ipsi. Ligna, lapides, calcem ad sacrarum aedium structuram aduehant, vltra vires tamen degrauetur nemo. Qui regionis duci insidias struet, aut hostes provincie inuitauerit, aut ciuitatem aliquam prodiderit, tribus testibus conuictus, in ducis potestate sit, bona eius confiscentur. Verum per inuidiam ne quisque pereat cum vno de se testante duello confligens, si vicerit absolutus abscedat. Si ducem aliquis suum interfecerit, interficiatur & ipse, ac res eius confiscentur in publico in sempiternum. Sedicionem aduersus ducem mouens, duci sexcentis, ceteri factiosi. CC. solidis componant. In hosticum cum educitur exercitus, propter scorta aut casus non rixetur, nec etiam propter pabula vel ligna, tollat quisque quantis indigeat, tollenti nemo prohibeat, secus faciens vel disciplinae hostili subiaceat, vel coram Comite suo verbera quinquaginta sumat. Comiti in Comitatu suo, ne hostibus absque ducis iussione damna inferantur cura sit, ipse persoluat, si sua negligentia peccatum fuerit. Liber si damnnum intulerit. xl. solidis multetur, aequaliaque omnia restituat. Seruus capite plectetur, dominus illius ne talia perpetraret, quia non prohibuit, pro ipso restituat. Aliquid in exercitu surripiens criminis conuictus

De incendiarijs ecclesijs

Ad ecclesiam que confugerit.

De clericorum pcelloribus

Episcopi causa

Cohabitatio clericorum & mulierum quare non toleranda

Decime quod danda

De duce & eius causis.

Sedicioforij poena

Leges castrenses

De oim gentiū ritibus.

seruus, manibus mutiletur, nihilosecius dominus eius restituere compellat.
Liber ad rei restitutionem solidis. xl. componat. Si quisq; aut a rege aut duce iussus aliquem interfecerit, defendat eum & liberos eius Rex siue dux cui obediuit. Et si is morietur, alius, qui succedet tutelam ipsius assumat. Si dux contumax & rebellis decreta regis contempserit, ducatu priuetur, secp̄ aternæ salutis spe omni frustratū sciat. Si ducis stultus & arrogans filius patrem adhuc iudicio præsidere, exercitum ductare, equum ascendere, arma gestare potentem: qui necdū surdus, neq; cæcus est, qui regis mandatum itrenue exequi valet: malignorum consilio principatu deturbare nititur, exhereditet̄ aut, si libet, in exilium perpetuū ablegetur, quia contra legem in patrem peccauerit. Qui temeritate aut ebrietate in ducis aula scandalum suscitauerit, q̄ quid mali sequetur, lege componat, solidis. xl. plectetur, seruus manum perdat. In ducis aula qui temere aliquid iaceret̄ conspexerit, surripiens, vbi nocte vna cœlarit, furti alligetur, in publico solidis. xv. componat, q̄ domus ducis domus publica censeatur. Imperium ducis detrectans. xv. solidis multetur: & quicquid facere iussus fuerat adhuc perficiat, vt placita omni quintodecimo die in Comitibus regionis omnibus peragantur. Liberi omnes conueniant, qui neglexerit, solidis. xv. multetur. Iudex vt iuste iudicet librū penes se legis habeat: ex eo causa omnis componatur. Neq; personam neq; munera respectet iudex, sed de compositione, dum recte iudicarit, partem nonam accipiat. Sin perperam, duplo: quicquid lata sententia abstulerit exoluat: insuper solidis. xl. multetur. Ducis cædes parentibus aut regi solidis. DCCCC LX. componatur. Parentes ducis sexcentis, obseruato, vt ducis compositio parentum suorum compositionem triplo excedat. Agilolfingi, de quorum progenie dux perpetuo eligitur, compositionem quadruplā habeant. Huosif, Trozzi, Sagani, Hahilingi, Aennoni, primi p̄st̄ Agilolfingos duplam. Liberi quicquid interfecerit parentibus aut duci bis. lxxx. solidos exoluat. Si oculum, manum, vel pedem amputauerit. xl. si claudum fecerit. xij. si manum. xx. Simplex v ulnus tribus solidis. dentem molarem. xij. alios omnes sex componat. Peregrinos homines inquietare aut lædere summe prohibemus contrafaciens dupliciter componat, & fisco. clx. solidos exoluat. Si occiderit solidis auro appreciatis. C. multetur. Seruus liberum aut molestans aut venundans præsentatus iudici aut manum aut oculum amittat, absq; insigni nota nequaq; dimittatur. Liberti dimidio componantur mitius q̄ liberi. Nuptias intestatas prohibemus, vnde socrum, nurum, priuignam, nouercam, fratris aut sororis filiam, fratris vxorem, vxoris sororem viro ducere liceat nulli, fratrum aut sororum filij matrimonio nequaq; sese cōiungant, facultates eorum a iudice confiscantur, qui contra fecerint. Qui dominicam diem seruili opere profanauerit nec semel & iterum monitus cessat. L. verberibus dorsum illius frangatur: si nec adhuc cessauerit, tertia ipsi bonorum pars auferatur: tercio si attentauerit, libertatem perdat: seruus sit, qui die sancto noluit esse liber. Seruus vapulet, & si non emendauerit, de inteḡa perdat: Peregrinus mortuus nisi cessauerit. xij. solidis multetur, Qui liberum præter

voluntatem seruitute deuiuerit, aut illius hæreditatem bonaue inuaserit. xl. solidis componat restituatq; que occupauerit omnia. Si quis cum alterius coniuge libera concubuerit marito, cxl. solidis componat: & si deprehensus interficeretur absq; vindicta suo in scelere iaceas. Cum libera consentiente fornicatus, si in conjugem ducere noluerit. xij. componat solidis. Dominus seruum qui libere vim fecit parentibus illius ad poenam dedat: interficere ius esto, si libet. Si quis virginem liberam præter eius ac parentum voluntatem rapuerit solidis. xl. Libertam. viij. ancillam. iij. componat. Liber liberam uxorem absq; culpa dimittens parentibus solidis. xl. componat. Mulieri dotem & quicquid asportauerit secundum familiæ ex qua nata est stemma legitime persoluat. Si liberam liber post desponsationem repudiauerit aliâq; superduxerit. xxiij. solidis puellæ parentibus componat. Sacramentalibus xij. iuret, eam, neq; ob crimen aliquod, neq; ob parentum inuidiam dimittere, verum ob solum amorem, quo alteri teneatur. Qui alterius sponsam sibi rapuerit, restituat eam, & bis. lxxx. solidis marito componat. Mulier que alteri potionem, vt oborsum faciat, commiscet, si ancilla est. CC. verbera accipiat. Ingenua libertate viduata seruitio deputetur. Si pregnans mulier icta abortum fecerit, ipsa si morietur, qui ictus tanq; homicida teneatur: si fetus tantum, nondum viuens. xx. solidis. viuens. l. vuergeldum persoluat, solidosq; tres & tremissem. Si in ducis curia, in ædibus sacris, in fabrica, aut molendino, quæ domus publicæ sunt, liber homo quid furatus fuerit, non oplum componat, sedm rei valorem iuret, siue campionibus depugnet, fur nocturno in furto deprehensus, si occidatur, nõ vindicetur. Qui alterius seruum ad furtum vel aliud nefas in domini discrimen persuaserit, fraude detecta, tanq; fur damnetur, nõ oplum exoluat. Seruus quod tulit restituat, & insuper flagellarum ictus. cc. extensus publice accipiat. dominus incõmodi nihil patiat. Fur quascunq; res subtraxerit iudici præsentatus sedm legem vindictæ subiaceat. Verum morti non prius damnetur, q; nonnulla illi, qui damnum pertulit, compositio de furis facultatibus fiat. Qui aliquid in prouincia emperit, diligenter prius interroget, furtiuum sit, nec ne. Furtiuum si emperit restituere cogatur, atq; in fiscum pro fredo solidos. xij. persoluat: qua lege in eum etiam animaduertitur qui furtiuum comendatum susceperit. Compositionem a fure, nisi coram iudice, suscipiat nemo. Latrocinij culpis subiaceat qui iudicem suum rem caelat. Quoties de agrorum finibus contenditur, constituta olim signa ab inspectoribus quarantur, nec aduersus ea longæ possessionis tempus patrocinetur, venditor ostendat, si nulla apparuerint, & contentio tanta sit vt sedari non possit campionibus depugnetur. Nemo nouum terminum aut signum sine alterius partis consensu, sine inspectore constituat. Liber si contra id fecerit lege solidis. vi. multetur: seruus. cc. flagellarum ictus extensus publice sustineat. Si liber liberi parietem aut sepem dissipauerit vel irruerit tribus solidis componat, & damnum restituat. Columnas trabes spangas tribus solidis ad restitutionem componat. Afferes lateres & aliud quicqd ædificio continet singulis solidis. Pignorate absq; ducis permissu lo-

Mulierum
causæ.

Demus pu-
blicæ

Furta quõ
componant.

Furtiua em-
prio lege co-
ercita

Agrariæ le-
gcs.

De omnium gentium ritibus.

Pignorarē dux permittat ceat nemine, contrariū faciens, pignus euestigio illi reddat, duci. xl. solidos p. fredo exoluat, læsū ad arbitriū iudicis cōponat. Qui messē iam maturā aliterius demessuerit solidis. vi. cōponat. Negās sacramentalibus scdm legē suā sex iuret. Qui segetes alterius incantando viciari conuictus. xij. solidis componat, familiā illius anno toto alimentis p. uideat, æqle reddat. Si qd pdiderit. Negās sacramentalibus. xij. iuret aut cāpione se defenset. Si qd alieno seruo, vel ancillæ ad fugā aut auxilio aut consilio aderit. xij. ipm, eā sex solidis componat, reducatq; si negare velit. xij. sacramentalibus iuret, aut cāpionū se p. gna expurget. Nemo alienū aīal etiā in damno dephensum quis mō ledat occidatur, sed penes se eousq; retineat, donec dño aut vicinis damnū acceptū indicabit; qui locum læsum cum æquali illæso signent, in messis collectione quod læsus non læso minus protulerit, is cuius animal damnū intulit respondat. Qui vero contra legem hanc, animal occiderit, cadauer sibi habeat, domino aliud æquale reddat. Si oculum excusserit, quanti animal æstimabitur tercia precij parte componat. Si caudam vel aurem, vno solido. Si cornu tremisse, duplentur; si hoc in domini contemptū odiumue perpetrarit. Qui pacta mercede equum aut bouem custodiendū susceperit sua culpa periclitatum ab integro persoluat, & mercedem nullam requirat: verū iuramento si se absoluerit corium reddat. Qui aurum, argentū, vestes aut alias quascunq; res vendendas siue custodiendas in ædes suas receperit, si fortuito incendio vna cum rebus suis consumptæ fuerint, q; sibi non profuerint iuramento dato, nihil persoluere cogatur. Qui auxiliatoris specie ex incendio aliquid rapuerit, proditus, quadruplū exoluat scdm legisq; statuta componat. Rem in contentione locatam nec vlli donare nec vendere liceat. Mulier in viduitate post mariti obitum permansens æqualem vt filiorū vnus vsufructuariam portionem possideat. Si vero ad alias nuptias transierit, eo die cum dote & rebus suis domo egrediat; filij inter se portionem, quam consequuta fuerat, vt reliquā diuidant. Patris bona filij de diuersis etiā coniugijs suscepti æqualiter hæreditabunt, Matris vnusquisq; tantū suæ. Ancillæ filius cum liberæ filio hæres non esto. Si quis sine liberis morietur, nisi testamento caueat, vxor, quoad viduitatem obseruauerit, bonorū medietatem omnium retineat, ppinqui reliquā accipiant. Si vero & ipsa morietur, aut alteri nupserit, cum bonis suis, & quæ lege debent, abeat, ppinquis & hæc pars cedat. Viro aut muliere defunctis, si vsq; ad septimū gradum ppinqui nulli reperiant, nisi testamento vel donatōe caueat, res eorum oēs fiscus indispiscat. Qui rem aliquā vendiderit, p. cio accepto, emptōem aut charta aut testibus ratā faciat, duo, tres vel plures testes adhibeant. Venditio, nisi voluntaria & libera, firma nō sit. Qui rem alienā dño ignorante vendiderit, ipsam lege restituat, & aliā æqualem addat. Si reperiri nuscq; poterit, duas similes pro ea reddat. Qui arram in quacunq; re dederit, nisi placitū mutātū fuerit stare contractui debet, aut hæc ipsam perdat, & precij quod debuīt exoluat. Si quis rem viciatā vendiderit infra dies tres recipiat, vel sacramentali vno viciū ignorasse iuret, & stet emptio. Seruus suo non domini peculio redemptus, fraude cognita domino restituitur, quia non precium, sed res serui ignorans acceperit. Cōmutatio tan-

Damnosa illos compositio

De comēdatis & compositio

Ex incendio quid surripit ens

Res in contentione posita. De viduis.

De hereditate leges

De emptōe & venditōe

Arræ traditionis vis

Mancipiorū redemptio

tum roboris habeat, quantum emptio. Qui agrum aut pratium alterius suum dicens inuaserit sex solidis propter temeritatem componat & exeat. Testem aure tractum nisi super mortuum testari velit repellere nec debet nec potest. In mortui causa hic duello probetur, si vicerit ulterius non impugnet, sed credat ei. Ex pluribus testibus vnus tantum sorte eductus iuret, ita dicens, Testis sortitus sum, testem me exhibeo, sic me deus iuuet & illum, cuius manum teneo: testis aure tractus sum, veritatem presentem in causa dicere: datis deinde ad sacrandum armis solus altera manu verbum ipsum cum vno sacramentali iuret. Mendaciter iurasse conuictus causam restituat. xij. solidis componat, aut innocentiam suam campione defendat. Si campionum vnus ab altero inter decertandum interficiatur, si ingenuus, ab eo, qui iniuste eum inuitauit. xij. solidis nec amplius componat. Qui liberum mortuum monumento refossam spoliauerit parentibus illius solidis. xl. componat, & ipsum etiam furtiuum quod tulit. Si quis occulte liberum occiderit, cadauer in profluentem aut alio abiectum condigna sepultura & exequiis priuet. xl. primam solidis, deinde vuerigeldo componat. Qui vero liberi hominis cadauer ad litus deuolutum aquis iterum immiserit solidis. xij. componat. Seruus eo modo occisus atque abscondus non oplo. i. dxxx. solidis componatur. Qui vestitu a se interfectum spoliauerit dupliciter componat. Cadauer hominis mutilans singula membra singulis xij. solidis componat. Si repertum ne a feris dilaceretur pietate motus humauerit a parentibus aut domino illius solidum accipiat. Qui alterius nauem loco submouerit illam aut aequalem reddat. Extra aquam vero protractam si caelauerit interrogatus negauerit ut furtiuum componat. Qui canem venaticum abstulerit ipsum aut similem reddat & sex solidis componat. Pastorem tribus. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere nonnullis, quae adhuc siquidem quae Christianae pietatis obseruantissimi sunt ad externa augustiora templa sturnatim peregrinant. Aquiligranum praecipue, duo etiam prouinciae loca miraculis sanctorum & peregrinorum frequentia clara. Virgo Maria Ottingae, & beatus Vuolfgangus. Regio vitibus praeterquam ubi australior est non fertur. Nemorosa multum est & montuosa. Sues glandibus syluestribusue pomis credo tanta copia nutrit, ut veluti Hungaria boues, ita haec sues caeteris Europae nationibus large suppeditet. Est gens adeo suillis & ipsa moribus phamosa, ut caeteris Germanis comparata Babari (barbari dico) nomen ipsi optime conuenire nemo non videat. Duobus vicibus plus alijs insignis, in hospitalitate videlicet & furto. Vestitu ut plurimum blauo colore amicitur: ocreis libentius quam caligis calciatur. ¶ Baioariae siue Bauariae ad Austriam contigua est partim Charinthia partim Styria. Est Carinthia montana regio Carnis ad ortum, Styria ad occasum ac meridiem iuncta Alpes Italas & fori lulij contingit: multae in ea valles collesque feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorum praecipuus Drauius qui per Styriam ac Pannoniam in Danubium fert haud inferior Saui. Imperium Austriae principes obtinent, & archiducem appellant, cui ea regio pariter, quoties nouus princeps reipublicae gubernationem inire solennitatem nusquam alibi audiam obseruat. Non longe ab oppido S. Viti in valle spaciola diruta ciuitatis vestigia visunt, nomen loci vetustas perdidit: nec procul hinc in patenibus

Testes & eorum causae

Iurandi r. 70 dus.

Furti animaduersione

Campionum causae

De mortuis & eorum causis

De nauigijs.

De canibus

Duobus vicibus obnoxij Bauari

Charinthiae limites

Drauius amnis

Sauius amnis

De oim gentiū ritibus.

Festiuitas in noui ducis acceptione miranda. p̄tatis erectus lapis marmoreus est, quem, cum dux creandus est, rusticus quidam cui per stirpis suæ successionem hæreditario id officium debetur, ascendit ad dexteram bouem habens scetam, nigri coloris: ad leuam equa illi sistitur strigosa macieq; insigni, frequens circa populus agrestiumq; turba ingens dux inde futurus exaduerso mouet purpuratorum multitudine sepius, præcedunt principatus signa, omnesq; in toto comitatu egregie culti, præter futurum ducem. Is agresti habitu, pileo tectus, calceos & pastoralem baculum gerens, pastorem agit magis q̄ principem. Hunc venientem intuitus qui lapidem obtinet, Illirica voce (sunt enim Charinthij Illirij hoc est Sla uoni) quis, est hic exclamat, qui tam superbe incedit, Respondet circumfusa multitudo principem regionis aduentare. Tum ille iustus ne iudex salutem patriæ quærens: liberæ conditionis: dignus ne honorẽ est? Christianæ pietatis cultor: ac defensor: clamatur: est quidem & erit, Rursus idem, quæro quo me iure hac a sede dimouebit? Respondet ducalis aulæ magister, sexaginta denarijs hic abs te locus emitur. lumenta hæc tua erunt, ad bouem & equam manum intendens. Vestimenta quæ dux exuet habebis: erisq; tu cum domo tua tota liber a tributo: quibus dictis, Rusticus malam principis percussit, alapa leniter incussa, iubetq; æquum iudicem esse, præmioq; abducto, loco cedit. Tum lapidem dux occupat, nudum gladium vibrans ad omnem se partem vertit, populum affatur, polliceturq; se æquum iudicem futurum.

Solemne ecclesia ferunt & aquam agresti pileo ablatam potare in futuræ sobrietatis argumentum. deinde ad Solemnensem ecclesiam, quæ in proximo tumulo sanctæ Mariæ vocabulum & nomen habet, perductus, sacrificijs interest: quibus peractis humili veste, qua adhuc indutus est deponit. Paludamentum induit, splendideq; cum proceribus suis conuiuatur. Postremo in prætam reuertitur pro tribunali sedens, ius dicit & funda confert. Hic honos principis inuestiendi rusticis datus est, q̄ illi primum in ea terra Christi fidem accipere nobilibus & principibus in errore aduicq; Caroli magni tempora permanentibus, quando & ipsi baptismati admoti sunt. Fuit Charinthiæ dux venator Imperij, vnde ad eum lites & contentiones venatorum omnium deferre bantur, vocatus in iudicio coram Imperatore querulantibus non nisi Sclauonica lingua respondebat. Est & alia huius prouinciæ consuetudo in oppido Klagen furuuo furibus durissima: si quis in furti suspicõem venerit, euestigio suspendit: postridie de suspicione iudicant, si fontem inueniunt, pendere sinunt donec per partes ad terram defluat cadaver. Insons reperitus sepelitur, exequiæq; ex publico psoluunt. Penulis natiui velleris haud fucati Carinthij tegunt, vulgoq; capita pileo obmuniunt, sermone loquunt Sclauonico. Stirij vero agrestes vulgo populi sunt & strumosi, adeo quidem ingenti struma vt ipsis loquelã impediatur: & mulier lactans illã posttergũ perinde atq; saccũ reijciat (si fama vera est ne infanti impedimento sit. Strumæ causã aquæ aerisq; quibus vescunt incolæ tribuunt. Styriani ipsi cultu & sermone Germanij sunt, p̄ter Draui accolæ, q̄ Illirica vtunt lingua. Sal ibi coquit qd ad finitimas gêtes deferit. Regio ferri & argenti ferax, sed principũ incuria patius fodit. Valeria

olim dicta fuit: montana plurimum præterq̄ ad ortum, qua Pannoniæ finitima est, ea parte vastam effundit planiciem.

De Italia, Italarumq̄ moribus, Item de Romulo & eius ciuilibus institutis. Caput Decimumnonum.

ITalia Europæ regio, prius Hesperia ab Hespero Atlantis fratre, qui a fra-
tre pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen: siue, vt Macrobius inquit,
ab Hespero stella, q̄ illius occasui subiecta sit. **C**Enotria etiam dicitur, vel
a bonitate vini quod in Italia nascitur. Nam Græci **C**Enon vinum dicunt,
vel ab **C**Enotrio Sabinorum rege. postea Italia ab Italo Siculorum rege, qui
agriculturam Italos docuit, & leges posuit: nam ad eam partem venit, in qua
postea Turnus regnauit, & a suo nomine appellauit vt Virgilius probat.

Hesperia

CEnotria

Italiæ appellatione

Est locus Hesperiam Græci cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq̄ vberem glebæ,
CEnotrij coluere viri nunc fama minoris
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Timæus autem & Varro a bobus vocatam putant, quoniam Tauri Græca
veteri lingua ita appellati sunt, a quorum multitudine pulchritudineq̄ Italiã
dixerunt. Latium pars illa vbi hostia Tyberina sunt dicitur, quemadmodum
Ausonia, vt Aristoteles inquit, pars ad Thyrrhenũ versã. Crucis formã inter
Adriaticum & Thuseũ mare iacens, ab alpium iugis & Apennini porrecta,
se paulatim tamen ad Rhegynũ vsq̄ attollens verticem, & littora Brutiorũ.
In vltimo sui in duo cornua scinditur, quorum alterũ Ionium spectat mare,
alterũ Siculum: in extremitate Rhegiũ oppidum habens. Eius longitudo ab
Augusta prætoria per Romã Capuamq̄ porrecta vsq̄ ad oppidũ Rhegiũ.
Solino teste, decies centena & viginti milia passuum colligitur. Latitudo ve-
ro quadringenta decem, vbi latior, vbi breuior centum triginta sex: habetq̄
umbilicum in agro Rheasino, qui dudum ex latere maris superi Rubiconem
fluitũ pro finibus habuit. Diuiditur Italia in multas regiones, a Varo flumi-
ne ad Macrã Liguria terminatur, vbi Genua illustris ciuitas. Inde ad Tyberi-
num amnem. Hetruria, vbi Pisæ. a Tyberi ad Lyrim Latium, vbi Rhoma, in-
tus Antiam in ora. a Lyri ad Saturnum Campania, vbi Neapolis. Inde ad Sila-
rim Picentiorũ regio, vbi Surrentũ & Salernũ. a Silari ad Laiũ lucania, vbi
Pestũ & Buxentiũ. a Laio ad leucopetrã Brutium in quibus rhegiũ Iulium. a leu-
copetra ad Iapigiũ promontorium, quod & Salentinũ magna Græciæ ora est
vbi Croton & Tarentũ. ab Iapigio ad Brundisiũ Calabria, vbi Hydruntũ. a
Brundisio ad Garganũ Apulia, vbi Bariũ & Salapia. a Gargano a Sari fluiũ
hostio Frentinorũ regio, vbi Isoniũ. a Saro ad Aperiũ amnem Marucino-
rum ora, vbi Orton. ab Aperiũ fluiũ antiquissimum Italiæ
terminum Piceni, quorum Ancon. ab Æsio siue Aisio, vt quidam scribunt,
ad Rubiconem recentius Italiæ confinium Senones, quorum Pha-
num fortuna, Pisaurum & Ariminum. A Rubicone ad Padi hostia Boij,
quorum Rauenna. A Pado ad Tiliamentum Veneti, vbi nunc Venetiæ.

Latium
Ausonia

Italiæ formã

Longitudo
Italiæ

Latitudo
Italiæ

Italiæ regio-
nes

Liguria

Hetruria

Latium

Campania

Picentiorũ
regio

Lucania

Brutium

Magna græ-
cia

Calabria

Apulia

Frentinorũ
regio

Maruciorũ
ora

Picenorũ ora

Senonũ re-
gio

Boij

Veneti